



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annales Ecclesiastici

Jncipiens à Juliano Apostata Jmperatore, perducitur vsque ad obitum
Theodosii Augusti: continet annos XXXIV.

Baronio, Cesare

Coloniæ Agrippinæ, 1624

Iesv Christi Annus 366. Liberii Pap. Annus 15. Valentiniani Valentis Impp.
3.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14548

a Ammian. lib. 27. c. 1.
 b 12. tributa in ipsi. Theod. XLIV.
 c 1. 4. de cons. C. Theod.
 d 1. 10. de exord. C. Theod.
 e 1. 1. de Episc. aud. f. 1. 3. C. de mak. fr. XLV. c. 1. g. 1. C. de iudic.
 h 1. 1. de pass. C. Theod.

Aproniano Christianorum persecutori tempore Iuliani, Ammianus est auctor. Porro Symmachii domum incensam fuisse a furenti populo ob vinum denegatum, idem asseruit: ad ipsum enim extat ea de re eorundem Imperatorum rescriptum, e cuius cum idem esset tardior executor, imo in hunc modum, quem Ammianus describit, populi totius in se furentem conuertit. At de Symmachii Christianam religionem in fidei saepe infectus. Laude quoque digna ea fuit eorundem consuetudo Imperatorum, qua sacras virgines, ac viduas, nec non pupillos exemptos voluerunt a censu capitationis, cum iidem sic rescripserunt ad Viuentium Praefectum Praetorio Galliarum c. In virginitate perpetua viventes, & eam vidua, de qua ipsa matritas pollicetur etiam nullam esse suscipitur: a plebere capitationis iniuria vindicanda esse decernimus. Item pupillos in virginitate usque ad viginti annos ab istiusmodi functione in manu esse debere: Mulieres autem, donec virum vnaquaeq; sortitur. Dat. X. Kal. Decemb. Valentiniano & Valente AA. Coss. Ad diderunt insuper, ne Christiani ab exactoribus die Dominico conveniri possent. Sed & illud perulite Republica, cum voluerunt, ne mercatores ceteras suas merces vendant, esse numeris Episcopalis praesidentiae. Lege etiam lata veterunt ad didici atq; doceri improbas magicas artes. Cohibuerunt quoque milites, ne in synagogis Iudaeorum hospitia sibi quaerere: Quod enim haud pridem cum Gentilibus, Iuliani tempore, aduersus Christianos Iudaei conspirassent, mutato iam reuocatum, sicut Gentilibus, ita & Iudeis Christiani milites negotium facesset. Veruerit etiam iidem Imperatores, ne Christiani delinquentes damnarentur ad ludam: id enim iam diu ante abolitum, idem impius Iulianus in odium Christianorum reuocauerat in pituitum usum.

I E S V C H R I S T I
 Annus 366.

LIBERII PAP. VALENTINIANI IMP. 3.
 ANNUS 12. VALENTIS.

I. SEQUI TVR
 k Ammian. lib. 27. c. 1.
 II. PROCOPIVS TYRANNVS ATQVE MARCELLVS EXTYNCTI.
 l Ammian. lib. 24. c. 27.

SEQUI TVR Christi annus trecentissimus sexagesimus sextus, quo Gratianus filius Valentiniani Imperatoris, nobilissimus puer, Consul creatus est, cui iunctus collega Dagalaiphus, quem antequam pertina probatum, militiae rectorum constituerat Iouianus eodemque munere in Gallis apud eundem Valentinianum in Alemannica expeditione hoc tempore fungentem. Vrbana vero praefectura post Symmachii Romae est collata hoc anno Lampadio, ut puto, Christiano homini, qui expensas exhiberi solitas in munificentissima munere editione, contulit in pauperes agentes in Vaticano, qua ex causa plebem in se coactauit, adeo ut parum abfuerit, quin ipsius aedes positas prope Constantinianum iniecis facibus illa combuissent: sed haec de Lampadio pluribus Ammianus k. Quod autem primum ad huius anni in Oriente res gestas pertinet: apertam iam vere, Valens iuncto sibi Lupicino Magistro equitum, aduersus Procopium tyrannum validius agens, deseruit illum a suis fugamque captiuitatem, sed a fugae comitibus vincitum sed se perductum capite truncari iussit, quod ad Valentinianum transfudit in Gallias, accepit illud ipse Parisius, cum excepit Iouianum Magistrum equitum Vichorem redeuntem ab Alemannis: factumque est, ut cum Valens Lupicinum, tum Valentinianus Iouinum, ambos Magistros equitum, ob res praecclare gestas in sequente annum Consules designarent. Post extinctum Procopium, Marcellus eius cognatus agens cum militibus apud Nicam, tyrannidem arripuit: sed captus a Valentis militibus, diuque tortus occiditur. haec autem omnia pluribus Ammianus l. Talem consecuti sunt finem qui Iuliano sicut sanguine, ita & impletat e conuicti, post eum vindicare sibi Imperium studuerunt, quibus extinctis, omni spe destituta Gentilitas languens emar-

cuit, desperans penitus, posse amplius a Christianis regimem Imperij in se trahere. Ceterum, si non ea, qua ceptum est, felicitate, fuit postea a Valente Imperio propagatum: id accidit, quod vera religione, eius fundamentum, cui tanta moles inniditur, imperantissimipetate conuulsis, ipsum plane totum necesse fuit Imperium conuelli, sed & prosteri, nisi fuisset aliena pietate suffulsum. Praebens naures infelix domesticis Arianis, Valens Arianus enasit. Vtinam vel Themistium audisset post victoriam de Procopio adeo opportunum Philosophantem, & inter alia verba illa in eius aures ingentem in: Non enim tibi tantum, o Rex, sancta comenit sapere, sed etiam eos, qui tecum versantur, sancta deest profere, ac si vnumquodque, verbum coram, quae in tuas aures incidant, illud esset, qua pura mens inscribantur. haec & alia multa optima proficuaque regimini coram illo dissiuit: sed furdo (ut aiunt) iugessit fabulam: nam omnem post haec cum pietate humanitatem exuens, factus est diuis piotum persecutor, cuius rei causa meruit ab eodem Philosopho postea corripi. At si in bello iam penitus extinctum fuit duo haec anno tyranni, nequaquam tamen ab extenuo cessatum est: siquidem ceptum bellum Gothicum triennio perdurauit. Valens enim (inquit Ammianus n) vt consilio placuerat fratri, cuius regedatur imperio, arma concessit in Gothos, ratione iusta permutis, quod auxilia misere Procopio exiit bella captiuitas. haec Ammianus, qui res per Valencem gestas his tribus annis, quibus nihil malituiti Gothis, sed eos solum coegit ad pacem postendam, exacte persequitur. Cum autem ipso expeditionis exordio ambrosiosum apparatus (sic eundem nominat auctor) ad proximum bellum idem Valens magno studio comparasset, decreuit ante projectionem sacro initiari baptismate. Id quidem hoc anno tertio eius Imperij factum esse, S. Hieronymus habet in Chronico, cui consentiunt que tradit Theodoretus, dum ait id accidisse, cum ipse Gothicum bellum esset auspicaturus. Quo modo autem blanditijs coniugis pelle Ausit, vt ab Eudoxio Episcopo Constantinopolitano haereticorum omnium scelestissimo coeserit factio initiari baptismum, idem auctor narrat his verbis: Tem vero ad reliquam historiam veniam. & tempestatem, qua multos factus, eog, turbulensissimos in Ecclesia excitauit, primam explanabo. Nam Valens potius Imperio, quamquam primo doctrina Apostolica ornamento decoratus, cum Gothi sferum transissent, & Thraciam populauerunt, consilio iniio de colligendo exercitu, & bello contra eos suscipiendo non putauit sibi consentaneum, vt multo diuina gratia expeditorem faceret, sed se perfecta sacrosancti baptismati armatura tegeter: sed, praecclare sapienter, admodum: Postea tamen & minima animi molice distulero. & veritatem aperte prodere cepit: idem, ex accidit misero, quod primo nostro parenti Adam. Nam verborum lenocinij coniugis sua delinuit, in seruitutem datus est. & factus non captiuus solum, sed etiam muliebrius verborum fallacis obsequium. Significum illa erroris Ariani laqueis ante irretita, maritum in ostium inducere laborauit, cuius hortatus in horrendum blasphemiam horatrum praeco cum ea decussit est. Eudoxius autem, qui adhuc Ecclesie Constantinopolitaneae clamor tenebat, non vt eam vice exberneret, sed tanquam nauem vultu obtineret, hos non modo in hunc induxit errorem, verum etiam e dem conserauit. Eodem tempore igitur, dum Valens sacro baptismati initiatur mysterio, Eudoxium miserum obstruigi iururando, vt in eo tempore dogmate perseueret: & omnes, qui contraria doctrina adhererent, vbiq; Ecclesie exigit. Itaq; Valens, relicta doctrina Apostolica hoc pacto ad partem aduersariam tradidit est: atque non longo tempore spatio interposito, cetera, que iusturandum postulabat, excessus est, haec Theodoretus, que autem post subdit de expulsis ex ipsorum sedibus Episcopis Orthodoxis, suo loco dicendi sumus. Hic vero ad monendum putamus lectorem, de exordio perfectionis Valentis copulres antiquorum hallucinatos esse, ac primum Soeratem p, & Sozomenum q, & alios horum vestigia securos: sed & Orosium, cum negat id factum, nisi postquam Valentinianus frater, cuius timore continebatur, ex hac vita discessit. ait r enim: Valens ab Eudo-

m Them. 19. 9.
 III. SELVIX IOTHYCVM TRINNAL. d Ammian. lib. 27.
 o Theod. l. 4. c. 1.
 IV.
 VALENS BAPTIZATVS AB EVDONDO ET LABITR IN MEXRISMARIANAM
 V. p Soer. l. 4. c. 27. q Sozom. l. 8. c. 7. r Oros. lib. 7. c. 32.

PERSECV-
TIO AB A-
LIANIS AD
VERSUS CA-
THOLICOS
EXCITA-
TIV.

a Hieron. in
Ciron.

b Hieron. in
L. 10.

VI.

GREGOR.
NAZ. ET
BASILIUS
VOCANT
TVR EX
EPISTO.

c Gra. Naz.
epist. 14.

VII.
EPISTOLA
GREGORII
AD BO-
SOPHORIUM
DE SVO
REDITY.

ab Eudacio Episcopo Ariani dogmatis assertore & baptizatus & persequutus in suis primam heresim declinavit: sed malignam infectionem duxerit, nec volentari potestatem adhibuit, quoad videntis fratris auctoritate compressus est: contemplantur enim de eo, quantum vim in vilesenda fide imperator possit exercere qui tantam constantiam pro retinenda quondam miles habuisset. haec ipse. Ceterum S. Hieronymus, vna cum baptizate suscepto à Valente ceptos vexari Catholicos, tradit, cum ait: Valenti ab Eudacio Ariano Episcopo baptizatum nostras persequitur, in quam sententiam libentius inuis; cum & illud Orothio concesserimus; eundem Valente post fractis obitum grauius Ecclesiam perturbasse. Qui enim non erubuit in contraria fidei professione heri Christianus, & à nefandissimo Ariano homine baptizatus, haud existimamus pro eadem propaganda haereti verum esse germanum vindicem impietatis. At si hoc quoque; dederimus, ipsum ab omni infectione Ecclesie Catholicae quae uis: quosnam spiritus animosque suscepisse putam? ipsos Arianos infulgendi aduersus fidem rectam, eiusque studiosos, cum sciret Imperatorem eiusdem impietatis profellorem à suis ipsorum partibus stare? Quamobrem ab hoc anno usque ad eundem Valente necem, quam nomine vilescente subij, Ecclesiam Orientalem exagratam esse Arianoorum procellis, nemo iure poterit dubitare. Quoniam & cum relegatione Episcoporum facta esse sequenti anno Socrates b ex Confalibus definit, inde patet, non ipsos tantum Arianos, sed & Valente Imperatorem eisdem conuenientem, Catholicos Episcopos insecutum esse.

Cum igitur omnis Orientis Ecclesie suscepto ab Ariano baptizate innotuerit peritiam Imperatoris, Orthodoxi omnes Episcopi, tanquam ad prelium classico excitati, arma capessunt, contraque omnes aduersarios futuros infulsus sese mununt & obstitant. Tunc namque opportunum visum est tempus, vt duo illa oculi tonitrua, Gregorius Nazianzenus atque Basilius, ex eremo ad certaminis prodeires, in hostes fidei cominus fulminis verbi iacerent. Primum id obtinuit Gregorius patrem senio pregrauatus, vt subid obitum semilibus humeris iam imparem facinram filius robustus viribus prelo esset: licet id sepe ante frustra tentasset, illumque penititio refragantem expertus esset. At cum infelix itatus Orientalis Ecclesie, iam colla cingentibus Arianis, & minus cedensq; spirantibus, tum etiam facti parentis senectus sub onere pastoralis faciens, eum in atum licet diuque refugientem ac penitus renitentem, traxere tamen Pontica solitudine Nazianzum, adueniens eundemque funem cum patre trahentibus alij Gregorius perire cessatus, ad id litteris, precibus, atque adeo oburgationibus & amantium contumelias adhuc cunctantem hominem compellentibus, erat ex his vnus Bosporus Coloniz Episcopus, ad quem iam cedens danique manus ipse Gregorius sic scribit:

Arbitratur mihi pro se quaque, que precesserant, à vobis purgationem concussationemq; debere. Ita peccator sum & solidus. Quoniam autem oburgans finem non facit, sed prioribus certaminibus aliquid semper adhibetur, non quod, contumelias veteres cunctantibus haud scio, qua causa permitti, sine quod nos ex oculo h abeat, sine vt nostri contemptu aliorum gratiam vobis conciliet: haec quidem Deo & noscenda & iudicanda relinquimus, quem nulla res fugit (vt ait Scriptura) etiam si veritatem latam praeconamus, vt speciosus fit apud multitudinem praetextus. Tunc autem peccati hoc denuncio, nos manus dare & cedere, atque Ecclesie curam, Deo dante, repro virili nostra, sine concillatione suscipimus esse: quandoquidem hoc contemdit, atque profertim virgine hac tempestate propter imminuentem, vt ipse scribis, aduersariorum incursum humilique hoc corpus Deo commendaturos esse, quamdiu durabit, viresq; nostra ferent, nos nos oneremur ac que odri amur, tum à vobis condonemur, tum variis vniuersi clerici querelis & lamentationibus nos operimentis clamoribus impetibus, atque Ecclesiam neglectam cernentes, ac permultorum etiam animum offendentes & vulnera. Deo tanquam Ecclesie negotia nihil faciamus, ac denique ne vos duntaxat in nostri contempione laboretis, idq; faciemus precum vestrarum auxilio sussultis, vestri Ecclesie prosequor am accipere decreuimus, vt & ipse scribis, & res ipsa solum faciunt. Praestat enim illa cura immo-

rari, quam his, quandoquidem omnino nos vexari & affligi nosse est. Deo ret nostras ita conflante. haec tunc Gregorius ad Bosporum.

Erant namque illae de Gregorio quetele omni, crebraeque lamentationes & iurgia, quod neglecta Dei Ecclesie suę tantis salutis, pretis ceteris, ratione habuisset, infirmitateque viti sibi tantum proficua, quodque insuper priuatae suae vilitati posthabuisse visus esset patrem senectute: vnde & nonnullis supplicabat occasio eundem etiam contumelias incesendi. Quamobrem simulac redijt Nazianzum, pro concione suam Apologiam dixit in auditorio frequentissimo: vbi cum in primis fugae suae in solitudine rationem attulisset, quae omnibus digna iustaque; videri potuisset, reditus quoque sui, cur tandem cellent, causas adducit in medium, atque ait: Me in primis ad reditum impellit vestri desiderium, & quia vos vicissim desiderio meo flagrare sentiebam: neque enim qui quam ad amorem ita firmus est, ac benevolentia mutuo rependit. Deinde mea haec cura, meum hic labor hoc est, sacrosanctorum parentum concies & infirmitas, mei desiderio magis quae concilite languentium: huius inquam, Patriarcha Abrahæ, cari ac venerandi mihi capiti, atque Angelorum numero habendi, & Saræ nos in fidei doctrina spiritaliter parturientes: quorum cum senectutem, corporisq; infirmitatem subsidio meo atque opę fulcare suminus voti optauerim, sagis, pro virili mea expleverim, adeo vt Philosphianam quoque ipsam, nempe monasticum institutum, cuius possessione ac nomine nihil carius habebam, contempserim: vt, vt verius loquar, hoc primum Philosophice contemderim, ne philosophantia speciem preberem: ne tibi mihi ex vna causa laborum meorum omnium fructum intercedere, benedictionemq; Deo, & c. subdit etiam se inobediētiae peccati metu tadem obsecutum esse parenti, istis verbis:

Cam diu in hi animo perplexo & ancipiti fuissim, atque in vtriusque partem me ipsam liberassem atque vnde more dubis ventis buc atq; illuc inflexus fuissim, tandem vehementer cepi, meo, vultum abri acit inobediētia metui, ac deniq; perorans: Ha, inquit, rationis excantantis memet delinno, sensum, animus cedit, ac ferri instar emolitur, rationibusq; ipsis temporis auxilium accedit: Deo, leges & iustificationes, quib; totam vitam meam commisi, in consiliis adhibeo. Quocirca non refractor, nec contradicor (vt Dominus mei verbi vtar, cum non ad Ignoriam & praefecturam vacaretur, sed tanquam vni ad eadem duceretur) se & procumbit & sub potentem manum Dei n; deiecit, pristinamq; mea cessationis & inobediētia (si quid hoc nomine peccati) veniam peto. Tacui, sed non semper tacebo. Subdixi me aliquantisper, vt me ipsum infirmerem, ac morori solatium afferrem: sed nunc cum in Ecclesia plura exaltare, & in cathedra seniorum laudari perplacet. Si illa reprehensionem, hac veniam merentur. Quid longiori oratione opus est? Habebis nos pastores atque collegas: habesq; tres sacrosanctis, Christusq; pastoris principis dignitate: habes & pater, me ad omnia vitium, non iam externis, quam Christianis legibus tua potestate subiectam: habes obedientiam: benedictionem respicere, &c.

Hic autem admonend; est lector, errare eos, qui existimant, eundem Gregorium Theologum ex eremo redeuntem sublatum esse ad thronum Episcopalem Ecclesie Nazianzi. Id quidem cum in primis veraretur à Niceno canone & haud pridem edito, ne vno superflite alius daretur Antistes Ecclesie, quod & S. Augustinus doluit ignorasse, cum à Valerio Episcopo Hippontensi ordinaretur Episcopus: adhuc insuper eiusdem Gregorij assertionem vt suo loco dicemus exploratum redditur, ipsum nunquam Ecclesie Nazianzenae fuisse ordinatum Antistitem, sed accessisse patri Episcopo in Sacerdotali functione adiutorem: de quo suscepto in se munere hec alias ibidem in publica concione g: Nunc quidem cum praclaro parente curam hanc suscipere non recuso, velut magne aequale, & altissime volanti pulvis non incommotus & propinquo aduolans, haec ipse. Quod vero illud pariter inijlet consilium, se seni parenti praesto esse dam vueret, vt tamen eo ex hac vita decedente, relictam repeteret solitudinem, ideo mox haec subdit: Postea vero penam spiritus meo, quo volat, & quoquo mod. volat, serenam dabo, nec quisquam erit, qui mi cogere, aut aliorum trahere possit, cum eo consultantem. Nam est paternis laboribus succedere, dulce est, ac noto & familiari gregi praesse, incandus est, quam externo & alieno, addam etiam, Deo carius (in fine amor fallit

VIII.
GREGOR.
NAZ. RE-
VERVS
HABVT
APOLOGI-
TICAM
ORATIONEM.

d Gregor.
Naz. Apo.
I.

IX.
QUOMODO
GREGOR.
OBEDIA
COACTVS
REDIIT
NAZIAN-
ZVM.

X.
GREGOR.
RIVS NON
EST FAC-
TVS EPI-
SCOPVS,
SED ADIV-
TOR PAT-
RIS.
E. CONC. NIC.
CAN. 8.
S. August.
epist. 10.

g Gregor.
Naz. orat.
ad patrem.



XX. GREGORIUS MYNVS CONCIONANDI ARRIPIIT.

a Greg. orat. ad sancta lumina.

XII.

b Greg. epist. 19. GREGORIUS CVRA IN ABSTRAHENDO BASILIVM AB EREMO.

XIII.

GREGORIUS AD BASILIVM PERGIT AC SECVM REDUCIT. c Greg. Naz. orat. 1. in laud. Basil.

Et in eadem eripe confectio non tamen conductibilis est, nec finis, quam ut volens volentibus profuit.

Reuersus igitur Gregorius Nazianzum, illam potissimum sibi partem curae pastoralis arripuit, quae in Dei verbo predicando, simulque haereticos infestando, veritatemque Catholicam illustrando versatur: quod & ab eo in primis opportunitas temporis exigebat, cum haereticis Ariana flectata dlademate Imperatoris petulans, prociacque gestiret, instarq; sine Herodiadis saltaticis, non vnus tantum Ioannis capitis dono contenta, omnium Episcoporum Orthodoxorum sanguinem temulenta fureret. Prodiit ex aduerso Gregorius, tuncq; inter alias luculentas orationes illam in ipso ingessit ad populum habuit, cuius est titulus, Ad sancta lumina, in qua plane conficitur, quo animi ardore pugnatius aduersus hostes in campum decederent: nam haec inter alia. Animi voluptatem tenere nequeto: diuino furore rapiar: propensum etiam instar Ioannu, sanctum manuum profero, non quidem ut ille praecursor, caritatem a solitudine veniens, &c. Quae quidem oratione immo confilio, quos sciret cupere Dei Ecclesiam hostes esse periculosos, primum omnium expugnat atque proferunt, dum prima ab ipso initio orationis aduersus hanc Gentilitate superfluous culum relatorquet, ac subinde his succedens Chilianae fidei peruelles Arianos viribus Imperatoris suffulso promptus adicitur. Sed fuerunt ille Gregorij velitationes potius, quam pugnae, respectu plurimum fortissimorum certaminum, quae aduersus eodem postea inijs de quibus singulis suis locis dicturi sumus.

At cum ad tot tantaq; aduersus agrina hostium cienda praelia, praesentia quoq; Basilij expectanda merito videretur, id ipsum Gregorius curauit propensius vna cum Eusebio Episcopo Caesarea Cappadociae, antea (vt diximus) in eum intento, sed iam aequitatis animi reddito, vt Basilus e Pontica eremo renouaretur in patriam. Porro visum est Gregorio, his literis praenire Basilium, antequam ab Eusebio haec reseretur.

Tempus iam est, vt prudens consilium incamam, tolerantiq; laude floreamus, nosq; ita compremus, vt nec quisquam animi magnitudine praesentior nobis appareat, nec multi nostri labores & sibi horis temporis punctis collabantur & euasiscant. Cur haec scribam, quare? Deo carissimus Episcopus Eusebius iusser (sic enim de eo nobis demps sciendum & scribendum est) xrimo erga nos est admodum amicus, & ad similitate componenda propenso, ac tempore rebus igni ferrem emulatur: litterasq; etiam deprecatrix & emacitricis ad te missuras est, quem admodum & ipse mihi significauit, & multi ipsius animum perspicue cognatum habentes nobis fidem faciunt. Quam autentiamus, queso, vel ad eum venientes, vel scribentes, vel quod erit rectum primum scribentes, & deinde ad eum nos confiterentes: ne postea nos pudeat si ricti fuerimus, cum vincere licuerit, preclare videlicet & Philosophia cedendo: id quod perij, a nobis exoptant. Mihi itaque obsequere, ac veni tum ob hanc causam, tum etiam propter tempus: quando quidem haereticis conuictis animis Ecclesiam peruersam, partimque tam asilum ac turbas mouent, partim (vt fama iam atur) affuturifunt ac periculum est, ne veritatis doctrina commissa distrahatur, nisi primo quoque tempore Basileus spiritus excitetur, hoc est, sapientis huiusmodi distinationem ac dogmatum architecti. Quod si ricti opera pretium esse videtur, vt ipse adsum, atque haec admissum est, tribusque iterum comitem me aduogam, ne hoc quidem manus desinam. haec tenus Gregorij Epistola ad Basilium.

Quid aut consilij caperat Basilus in his, quae a Gregorio scripta percepit: illud sane, quod visum est rectius, nempe (quod Gregorius ad sine Epistola pollicens erat) se ad eam ipse cofecerit, cum ipso in patriam ad Eusebium rediturus. Testatur id quidem ipse Gregorius, cum res tunc ab eo gestas sic delcibit, & atq; in primis ait: Quamuis autem adeo Philosophica & admissum fuerit illius secessio: excellentiorum tamen & admirabiliorum ipsius reditum fuisse reperimus. Ita enim se habuit. Cum in his studiis versaremur, instita repente nubes grandis plena & permense stetit, quae Ecclesiam omnes, in quas incidit, prostravit, & quascunq; inuasi Imperator auri amantissimus, & CHRISTI hosti inuoluit.

nam, ac duobus his uerbis laborans, inexplabilis numerum auaritia & blasphemia, post persecutorem persecutor, post apostatam non quidem apostata, sed nihil tamen eo meliorum: se Christiano prebent, vel (vt recte loquitur) Christianorum partem & partem partem, ac Trinitatis adoratrix: quam quidem in vnam prestatem salutarisq; doctrinam reuo. Non enim Diuinitatem velut ad libitum expendimus, nec vnam & inaccessibilem naturam substantiarum diuersitate a se ipsa separamus, nec malum male curamus, impiam Sabellij contrarietatem magis impia a uisione ac fessione disfluente, quo morbo correptus ille a furere nomen habens, Arim, magnam Ecclesiam partem labefactam atque commisit, nec Patrem honore profectus, & ea, quae ab ipso causam habent, aspernatus, dura inaequali Diuinitati gradus inuexit. Verum vnicam Patris gloriam esse censens, aequali vngenti dignitate, vnicam item Spiritu sancti cum eo coaequantem. Ac si quid horum vtrum in inferiori dignitate gradu ponamus, Trinitatem totam a nobis distingi, peruersi iudicamus: tria quidem quo ad proprietate, vnum autem quo ad Diuinitatem agnoscimus & calentes.

Quorum ille, nimirum Valens Imperator, cum nihil animaduerteret, nec sublimis oculos efferre possit, verum ab ipi, qui eum decebant, deprimeretur, sciam etiam Diuinitati naturam deprimeret non dubitauit, ac flectata creatura Dominum in seruum ordinem deiecit, naturamq; inuicem atque tempore peruersum in eorum creaturam numero collocauit. Atque hoc quidem ille animo & cum huiusmodi impietate aduersus nos expeditionem suscepit. Nec n. aliquid quiddam ea re estimanda est, quam barbarica incurfus, non mentia, non vires, non deos, aut alia quadam parca & manu facta, eruiq; generi vt deus erigi aut extrahi possint, enertens, sed animas ipsas distrahens. Impetum quoque vna cum eo fuit exercitum ipso dignum, neq; Ecclesiarum Antistes, sicut orbis illius Terrarum, qui ipsius imperio & ditioni subiacent. Qui cum Ecclesiam partim iam tenerent, partim oppugnarent, partim ob Imperatoris opem ac vim tum illatam, tum inuicem oratione demouerat, in potestatem venturae liberarent: hinc quoque vt Ecclesiam nostram in dedicationem acciperent, venissent, nulla re perinde, vt praedictorum hominum similitate, atque illius, qui tum nobis praerat, impunita, moribus, nostris frata atq; subnixi. Magnum ergo certamen propositum erat, non ignota etiam multorum alicuius, sed infirma erat actio, vixque propugnatores carens, ac perito artifice iam in doctrina quam in spiritu facti ante.

Quid deus generosa illa mentis, magnitudine praesentis animi, Christij amore vere inflammatas: Non longa quidem ad hoc oratio coparanda fuit, vt ad nos se confiteret, nobisq; adiuuamentum esset. Verum simulataq; me legatione suuenerent appere, certam vtriusq; nostrum comane hoc certamen, vt qui fidei defensores ac parvi de fignati stentus statim legationis cessit: ac spiritus alid, rationibus se cum optime sapientissimae, distinguens, aliud similitate tempore esse (si quid etia eiusmodi affectu indolentia esse) valud parit ac tranquillitatis, aliud rursum equanimitatis, nempe necessitatis & periculatorum tempus, hoc, inquam, secum repouit, confestim & Ponto nobiscum excedit, atque erga periclitantem veritatem zelo excessat, vltroque supplicat nobis offerit, totumque se matri Ecclesiae tradit. At fortasse alacriter quidem hanc rem aggressus est, verum nequam, vt illa animi alacritate dignum erat, dimicauit? Aut stenuit ille quidem dimicant, sed non consulte ac prudenter? Aut ita prudenter, vt amen sine periculo: Aut hoc omnia quidem cumulate, ac supra quae dui queat, prestavit, certum in illius animo veteri similitate fomites quidem respicebant? Minime gentium. Omnia quoque simul praestat: inimicitias ponit, consilium aciem instruit, scidala & ostendit inter media submonet, cunctaq; ea quorum fiducia illi bello nos laceffendos putauerim. Alios aspicit, alios reuocet, alios propulsat: aliqui murus firmus & vallum efficitur: alios securi petram scindens, aut ignis in spiritus (vt Scriptura sancta loquitur) & samentium bonum, & in Diuinitatem contumeliosus facile assumens, haec Gregorius.

Quod aut idem Basilus reuersus ad certamen aduersus haereticos ipsum sibi collegit Gregorium adiuuissit idcirco idem subdit: Quod si quid dicitur Barnabas, qui haec loquitur ac scribit, Paulo decertans tunc: Paulo habentia est gratia, qui in ipso in certamine partem & societatem asseruit. Atq; illi sane, nempe Actiani, sic insectis rebus discesserunt: tunc primum impetere pudes facti & prostrati, atque cuncti, etiam si alio omnes homines, Cappadociae tamen non ita temere contemere ac pro nihilo putare: quorum nihil tam proprium est, quam soli certare, silicet, de

PERSECV. ITO NA LENTIS DE RA NIMIS.

XIV.

XV. BASILIUS SVBVOA ADVERVS HAERETICOS.

d Al. 117.

XVI.

BASILIUS GREGORIUS SEBI ASCRIBIT.

CHRISTI LIBERTI VALENTIS. 366. PARS VALENTIS IMP. 3. LIBERTI CHRISTI 366. 204

XVII. BASILIUS QUOMODO SE HABUIT CUM EUSEBIO NISI.

feruere erga Trinitatem affectus; cuius etiam beneficio hoc habent, quod animis conuulsi sunt atq; concordis, virtibusq; pollent, eadem videlicet auxilia, qua Diuinitati seruiunt, accipientes, multaq; etiam praesentiora ac valentiora. haec quo ad certamen atq; victoriam de ingruentibus Arianiis accipiunt Gregorius. Quo modo autem erga Episcopum suum Eusebium, quem diuinitus aduersarium passus fuerat, Basilius se gesserit, idem his verbis significat:

Proximum autem Basilio negotium ac studium hoc fuit: Antistitem obseruare, susceptionem extinguere, mortibus omnibus persuadere, maiorem illam, quo affectus fuerat, tentationem quandam colluctationemq; peruersi spiritus extrahere, honesta ac laudabili concordia inuadentis: ceterum non ignorari se esse, quod obedientia ordinis, spiritus alii leges postularent. Ac prouide adesse, doceret, dicto audientem se probre, monere, quidvis denique illi esse, consulari bonum, opulator optimus, diuinarum oraculorum explicator, rerum agendarum praemonstrator, sententias subsidium, sibi administratum, demeritorum subsidium, ceterorum ad res gerendas aptissimas (vt vnicui verbo dicam) tantam eius benevolentiam obtinent, quanto prius apud eum odio flagrare putabatur. Ex quo hoc affectus est, vt etiam si illi cathedra honore secundus esset, Ecclesia tamen imperio potiretur. Vt enim pro benevolentia, quam conferebat, auctoritatem vicissim accipiebat: ac mirus quidam erat inter eos concentus, ne quisque potestatis ille plebem ducebat, bis ducerem, atque instar cuiusdam leonum curatoris praepotentem arte circuebat. Namque vt super in sublimi cathedra constitutus, quippe ex laico fuerat delectus Episcopus, & terrena materia non nihil adhuc fixatus, nondumque in his, quae spiritus erant, numeris omnibus absolutus, magnis quoque etiam fluctibus infersentibus atque ingruentibus Ecclesia hostium, opus habebat homine, qui eum manu duceret atque saluaret: eoque nomine in suo opere atque auxilio acquiescebat, etque imperante, seipsum imperare ardebat.

XVIII. BASILII OFFICIA ERGA ECCLESIAM ADMINISTRATI.

Lam vero ipsius erga Ecclesiam cura ac patrocinij quamquam multa quoque alia signa & argumenta sunt, libertas animi, qua cum cetero magistratus, tum potentissimos quosque ciuitatis alloquebatur, controuersiarum solutione nequaquam suspecta, sed ab eius uoce formata ac constituta, modoque ipsius tanquam lege receptae, pauperum tutelaeque quidem spirituales, sed tamen corporae non paucae (nam id quoque sepe numero animis prodest, eorum numerus, in quos beneficium conferitur per benevolentiam subigere pauperum auidiorum, hostium excipendorum, virginum curandarum studium, monasticarum legum institutiones partim scripto, partim uoce tradita, precum descriptiones, sacrarum concinnitates, quae deniq; omnia, quibus homo vere diuinus, Deoq; adiuuatus plebitilitati esse potest, pergit de eodem dicere, quae egerit, cum vehementissima Caesarea fames ingrueret: sed de his suo loco opportunus.

XIX. BASILIIUS POPULO EXPLICAT DIVINAM SCRIPTURAM. & Basil. in prim. Pres.

Eusebii quoque iussa diuinae scripturas Basilium ad populum explicasse, ipsemet in oratione in principium Proverbiorum testatur; cum ait: Praeclara est obedientia merces. Obediamus igitur bono patri, certi animus premia nobis ex spiritu oraculis proponitur: qui nos instat renatorum in loci inuicis, quasi capiti cuiusdam venatici indicio cursus nostri experimentum vult capere. Proposuit autem nobis ad enarrandum pariteriarum principium, &c. Obibat idem Basilius in Synodis pro suo Episcopo legationem, vt in conuentibus habitis tunc temporis diuersis in locis, nempe Chalcedone, Heracleae & in ipsis Caesareae suburbis: in quibus omnibus quod sane sincere quoque fidei erat, id summa libertate animi loquebatur: quorum idem Basilius meminit, vbi ad Eustachium scribens, h. aduersus calumniantes sic ait: Quem vero oportet me animi mei pro te ressem habere, quae Chalcedone a vobis de fide dicta sunt, qua & sepe numero Heracleae, & qua antea in suburbio Caesareae, an non omnia confusa nobis, & omnia inter se concordantia fuerunt? Ex his igitur, quae de reditu Basilius Caesarem, & reconciliatione cum Eusebio dicta sunt, quae eodem argumento scribit Sozomenus, in nonnullis sunt corrigenda: vt in primis cum eadem contigisse refert primo Valentis Imp. anno, quo (vt diximus) ipse Valens in Cappadociam profectus est, inde delectus in Syriam: deinde cum populi studio in Eusebium in clamantis, seq; ab eo separantis, reuocatum Basilium tradidit: vel cum adtingit, abiq; interuincio eandem Basilium in Cappado-

ciam ad eundem Eusebium Episcopum rediisse, quae omnia ex iis, quae ex Gregorio Nazianzeno dicta sunt, arguuntur: et ipsi. Sed & corrigendus quoque Rufinus d' est, dum ait Basilium & Gregorium perseuerasse in eremo annos tredecim, cum habita exacta discussione temporis accessus & recessus, non nisi quatuor annos illic mansisse recipiantur.

Quod vero ad Arianos pertinet: eo furore, Eudoxio Episcopo Constantinopolis impellente Imperatorem, eiusmodi persecutio cepta est, vt non tantum Catholicos exagitaret, sed & Nouatianos, alioqui hereticos, in confessione tamen perfectae Filii cum Patre substantiae cum Catholicis eade sentientes: quin & in Macedonianos, & alios Semicarianos dictos, grassata est, quod scilicet hi quoquo modo Filio Dei diuinam substantiam (vt dictum est) vibere viderentur. Sed quod primum ad Nouatianos spectat, haec Sozomenus e eadem secta conuictus: Non desimilibus porro affectibus in commodis etiam illi, qui Constantinopoli doctrinam Concilij Nicaeni propugnabant, quorum in modum socij quoq; fuisse Nouatianos. Nam Imperator cum reliquos omnes vrbis exigi, tum Ecclesias Nouatianarum ocludi mandauit: Ceterorum autem ecclesiarum non erat causa, vt ocluderentur: nam priorem ea, regnante Constantio, ipse adempta fuerat.

Quinetiam Agellum, qui temporibus etiam Constantij ecclesie Nouatianarum Constantinopoli praesuerat, multum exilio, loquendum dicebatur vitam cum summa omnium adoratione secundum leges Ecclesiasticas instituisse. Vixit enim (quod in pia vita ratione ac disciplina facile primas optinet) peccatorum possessione liber, atque ipsa vita instituto illud plane declarauit: nam vixit solum vtebatur tunica, & sine calceis semper incedebat. Non ita multo post ab exilio renouatur: suam ipsius recuperat ecclesiam, & conuentum libere ac sine metu agit. Quarum rerum Marcianus quidam causa extitit, vt sane cum vita, tum doctrina admirabilis, qui iam olim quidem in Regia satellitum egerat, at iam tum presbyter sectae Nouatianae erat, docebatque filios Imperatoris Anastasij & Carosam praecpta grammaticae, quarum omnibus sunt haec Constantiopolis etiam appellata. Itaq; ob reuerentiam erga hunc & gratiam, haec, qua modo diximus, Nouatianis concessa sunt. haec tamen Sozomenus de suis Nouatianis. Sed plane in eo etiam hallucinatur, dum purat balnea Anastasiae nomine dicta, de nouitiis esse ab Anastasia haec Valentis Imperatoris: nam secus habet Anymanus, qui eam agit de tyranno Procopio, haec ait: Dulcis in cogitatione variis, Anastasiae balneae patris, a sorore Constantini cognominatus. Eadem iudicium Socrates f de Nouatianis.

Quo modo autem his diebus se habuerint res Ariano- rum cum Macedonianis, reliquum est, vt dicamus. Imperator (inquit Socrates) rebum tam pressere & feliciter gessit elatus, rursus in Christianos tumultus propterea crece cepit, quod omnes ad sectam Arianiam tradere cupiebat, atq; Concilij Lampasac habitum illi in primis bilem venterat, non modo quod Episcopus Ariano interdicerat Ecclesia, sed quod fidei formae. Ariani elite ana- thema denunciarat. Itaq; cum Nicomediae Dithyria vniuersis, Eleusium Cyzici Episcopum ad se accessit. Hic opinioni Macedoniana (vt sup. dixi) maxime deditus fuit. Quare Imperator, Concilio Episcoporum Arianozum conuocato, Eleusium illorum fidei assertori coegit. Qui quauisquam ante illud se facturum omnino denegasset, postea tamen exilio & publicatione honorum, quae ipsi interminatus fuerat Imperator, supra modum exterritus, opinioni Arianae assensit. Statim vt assenserat, in magno dolore fuit, & Cyzicum reuersus (est notissima ciuitas in Hellesponto) coram vniuerso populo de vi ipsi ab Imperatore illata grauiter conuictus est, docetq; vi se coactum, non sua adductum voluntate, doctrina Arianae assensisse, illiq; alium conquirendum Episcopum propterea quod ipse necessitate compulsus sum ipsius dogma denegasset. Cyziceni tamen pro incredibili amore, quo illum complectebantur, neq; alij Episcopo se subigere voluerint, neq; Ecclesia sua administrationem concedere. Quare cum eius semper paruerit gubernationi, tum suam ipsorum heresim minime deponere. Haec vrb. auditis Episcopus Constantinopolitani, Eunomij in vire qui dictus vi, qua praedictus erat, possit multitudine animos in suam sententiam facile pertrahere, Episcopum Cyzici designauit. Quo cum aduenisset Eunomius, ab Imperatore in mandatum fuit, vt Eleusio exturbato, Eunomius in sede Episcopali collocaretur. Vnde qui Eleusij saebant opinioni, extra vrbis moenia extruxerunt Ecclesiam,

XX. ARIANI FERRE- QVINTI NOVIATIANOS ET MACEDONIANOS.

e Sozom. l. 6 c. 9.

XXI. AGELLVS NOVIATIANVS EXVLTAT.

Socra. l. 4.

XXII. MACEDONIANI EXAGITANTVR AB ARIANIS. S. 8 ep. l. 4. c. 6. 7.

EXPVLSO ELEVSIO ORDINATVR EY-NOMIYS.



XXIII. EVNOMII RES GESTA.

XXIV. EVNOMII ET BLASII EPISCOPORUM FACTA.

a Theod. li. 4. c. 14.

b Blasii ep. 163.

XXV. SACRAT. II. 4. c. 11.

c Sacrat. li. 4. c. 11.

d Saep. lib. 6. c. 12.

CONCILIUM CELIVM C. IVM IN CARIA.

XXVI. CONCILIUM ARVLYM AR. ANO. RVM AD.

conventus, separatim egerunt, sed de Electione haellenus de Eunomio autem iam pauca dicamus.

Eunomius Aegy, cognomento Aelbi, cuius supra mentionem fecimus, scriba fuit: qui cum eo vitam degens, fallaciae ratiocinandi concludendaeque modos, qui sunt sophistarum proprii, ab illo didicit, atque eius seculo imitatus est. Quis etiam inambus ineptisque vocibus operam daret, sophistataque quibus ipse irretitur, conpexere imprudens aggressus, illisque arroganter insatus ad blasphemiam praecipit; Arietiam opinionem sectari, veritatis dogmata variis rationibus impugnare cepit. At tametsi sacrarum litterarum praecipue ignarus imperitusque fuit; neque potuit eas omnino intelligere, tamen verba variare, eademque semper aliter atque aliter dicere potuit: at quod sibi ad dicendum proponebatur, nunquam attigit, sicut septem remi ab illo in Apostoli ad Romanos epistolam tam inepte compositi satus perfrictus declarant. Nam cum multa verba inanis de ea epistola profuderit, institutum tamen Apostoli animare capere nullo modo valet. Extant praeterea alij eius libri his consimiles, de quibus si cui in animo sit periculum facere, in magna verborum copia miram sententiarum inopiam reperit. Atqui istum Eunomium Endoxius ad Episcopatus Cyclicensis dignitatem exaltat.

Cum vero, ut ipsius mosserbat, pro concione dialectica argutus videretur, auditores admodum reddidit attentos: unde Cyceci tumultus exortum est. Nam cum Cyciceni arrogantem illum in dicendo insolentiam ferre nullo modo possent, et eum exturbant. Ille Constantinopolim se recipit: ibi cum Endoxio atatem degit, ab Episcopatu administratione vacans. Vt cum ista solum obstrictandi causa dixisse voleamus, ipsius Eunomii verba, qua sophista more fallaciter et veta storie de Deo dicere non veretur, audiamus, si enim loquitur: Deus de sua ipsius essentia nihil plus intelligit, quam nos; neque ipsi magis est perfectus et cognita, quam nobis, sed quod nos de ea scimus, idem omnino et ipse scit: ac rursus quod ille novit, idem in nobis visum reperit. Istas aliasque commenticias complures fallacias imprudens conexit Eunomium. At qua ratione paulo post se ab Ariano segregant, dicemus suo loco. hucusque Socrates de Eunomio. Porro eiusdem nominis, ab hoc tamen diversus fuit Episcopus ille, quem in locum Eusebii Samosatensis Ariani substituerunt, de quo suo loco didicimus ex Theodoro. Cum vero eiusmodi Eunomii factus, mentisq; rumor blasphemus inunctus, Catholicis innotuisset, obitu perierunt: Basilius vero Magnus ut elatum eum animam deprimeret, hoc purg tempore, scriptis ad eum illam epistolam de foemice natura; quam ab eo iussit: gati rogat: eam nos superius recitavimus: libros vero aduersus eius blasphemias postea lucubravit, de quibus suo loco dicemus.

Ariani igitur in Macedonios (ut dictum est) insurgentes hoc anno, impedimento fiere, quo minus ab illis indictum Tarsiano superiori Concilium celebraretur, id quidem ita Socrates et Eulam, inquit, fuisse Concilium nisi Endoxius scilicet Ariani Episcopus, qui tunc gratia apud Imperatorem plurimum poterat, obstitisset: qui propter Concilium edictum per magna iracundia flamma incensus, illos gravissimum affecit modum. hancipse Sozomenus didicimus: qui de celebratum fuisse aliud Concilium in Caria tradit, dum ait: Cum autem iam Concilium Tarsi cogitaret, circum triginta quatuor Episcopi Asiatici in Caria, qua est regio Asia, in vnum congregati, studium in Ecclesia concordia stabilienda positum probabant illi quidem, sed tamen vocabulum, consubstantiale, reprobant, constantem, affirmabant, formulam fidei Antiochie et Seleucie editam, tenendam esse: quippe quae etiam à Luciano martyre ante edita habebatur, et non sine multorum tum periculorum, tum laborum susceptione, ab his, qui ipsos atate antecant, confirmata. Imperator vero impulsu Endoxij, Concilium, quod in Calicia futurum expectabatur, partim literis, partim vniu diremit. hanc Sozomenus. At fuerunt ista futurorum malorum praeludia. Quod enim Valens in expeditione Gothica totus esset, ea, quae spectarent ad dogmata, praetermissit, eum tamē Ariani ipsi haud desisterint ubiq; laetere Catholicos, & haereticos ab ipsorum dogmate discrepantes.

Eodem anno feces Arianorum Valens & Vrsacius vna cum eiusdem perfidij collegis, Singeduni in Myisia conciliabulum habuere, non tamen aduersus Catholicos sed Semiarianos haereticos, egredientes, si quis errans nō

continuo in eiusdem, qua ipsi, profundi fovee megeretur, ex quo quidem conventum istam ad Germinium conscripserunt epistolam, quam liber fragmentorum in Sancti Hilarii de Synodo Arimenni, nuper editus, exhibet iustis verbis et:

Domino religiosissimo fratri Germinio, Valenti, Vrsacii, Gato, & Pauli, S.

Cum de spe & salute sollicitudo incumbit, magis laudandi esse debent qui solliciti sunt, quam reprehensionem aliquam sustinere. Salus autem ac spes principaliter in fide Catholica consistit: Et ideo quāvis conuentione ad omnes nostros fratres & Coepiscopos nostros Valente & Paulo admonita voluerit, ad id, quod rumor latitavit de respondere, domine religiosissime, tamen quia literis tuis testificatus est, in eadem charitate perseverare, & paratum esse quibuscumque dilectionem habere erga nos, propterea in vnum apud Singedunum congregati, iterum his communis scimus sanctitatem tuam, ut omni occasione ambigui excluda, digneris rursus referre nobis si a fide Catholica, qua Arimmi à sancto Concilio exposita confirmataque est, cui etiam vniuersi Orientis Episcopi conseruati sunt iam professores et non recessurum, ageretur, quateritur significet. Ipsi autem hoc, sicut in ea cantum est: Similem dicimus Filium Patri secundum scripturam, non secundum substantiam, aut per omnia, sed absolute. Si vnum hoc expositio immutata fuerit, manifeste quondam Basilij per se adserit, propter quam Synodus facta est, qua etiam merito damnata est, reparabitur. Dignare igitur hoc, quod queritur, eundem literis tuis declarare non dixisse, aut dicere, vel dicturum similem esse per omnia Filium Patri, excepta immutata, ne quod per lateri literarum iuriam dominus & Martyrum subiacens verbo deprecatus suae, ante praedictos dominos nostros fratres, & Coepiscopos nostros Valentem & Paulum adseruati: in ago credebile esse videtur, quia per omnia similem esse Filium Patri professus. Si enim sic, sicut optauimus, sentire scriptis tuis manifestauerit, querelam pro iniuria à quibusdam clericis tuis Palladio & Gato fratribus, & Coepiscopis nostris factam, licet voluerit, sicut prima conuentione admonuit ei, exquirere, ad affirmationem tuam perinet, illi salicet praestantibus pro sua temeritate rationem. Hac per Secundianum presbyterum, Palladium, Leodorem, & Candidianum exortissimam transmissim charitatis. XV. Kalend. Ianuar. Gratiano nobilissimo P. & Dagalasio Coff. exemplum peno nos retinentes.

Quid autem Germinius: num his consentit: minime gentium; nam accipe ab eo scriptam eo argumento epistolam f.

Domini fratris religiosissimi Rufiani, Palladio, Severino, Nicha, Heliodoro, Romulo, Mutiano & Stercario, Germinius in Domino Salutem.

Vitali non militantis in officio sublimis Praefectura relatione temperimus, desiderare sancti aeterni vestri am significari vobis aperte, quid est quod de fide nostra Valenti, Vrsacio, Gato & Paulo displicet. Necessarium duxi his literis patefacendum sanctitati vestrae, & id, quod vobis ipsi ab initio esse confido, dicere, nos hoc, quod & Patribus traditum accepimus, & diuini Scripturae, quod semel didicimus & quoties docemus, Christum Dei Filium Dominum nostrum per omnia Patri similem, excepta immutata, Deum de Deo, lumen de lumine, vir tuum de virtute, integrum de integro, perfectum de perfecto, ante saecula & ante vniuersa, quae intelligi vel dici possunt, gentium, cuius naturam nemo scit, nisi solus Pater, ipse Filio adserente; Quia nemo nouit Filium, nisi Pater, neque Patrem quis nouit, nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare: per quem facta sunt omnia, sine quo factum est nihil, secundum diuinam veritatem ipsius Saluatoris nostri Filij dicitur: Pater meus vsque modo operatur, & ego operor. Et iterum: Quaeunque enim Pater facit, haec & similiter Filius facit. Et iterum: Ego & Pater vnum sumus. Et iterum: Qui me vidit, vidit & Patrem. Et iterum: Quomodo Pater vitam habet à seorsipso, ita dedit & Filio vitam habere in semetipso. Et iterum: Sicut Pater suscitauit mortuos & viuificauit, ita & Filius quod vult, viuificat. Et iterum: Creditus in Deum, & in me credite. Et iterum: Non enim Pater indicat quemquam, sed omnis iudicium dedit Filio, ut omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem. Et iterum cui Pater dixit: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, nec dixit, ad imaginem tuam, vel ad imaginem meam, ne aliqua dissimilitudinem in Filij sui diuinitate demonstraret.

VERSUS SEMIARIANOS.

c Hilar. frag. lib. 1. pag. 40. 41.

* aperitur.

XXVII.

f Estat apud Hilar. frag. lib. 1. pag. 41. 42. EPISTOLA GERMINII SEMIARIANI AD VERSUS SEMIARIANOS.

Quo tempore...

Episcopo Coepiscopos...

straret,

ferret, sed propterea conuenit ad imaginem & similitudinem nostram, ut Filium suum sibi similem per omnia Deum manifestaret. Item Evangelista: Vidimus gloriam eius gloriam quasi vnguenti à Patre plenam gratia & veritate. Et Apostolus ad Corinthios: In quibus Deum huius seculi exccecauit mentes insensibilium, ut non resisterent in illuminatione Evangelij glorie Christi; quæ est imago Dei. Et iterum idem Apostolus: Et transiit in regno Filij charitatis, in quo habemus redemptionem & remissionem peccatorum, qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creatura. Et iterum idem Apostolus: Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Iesu, qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, se esse equalem Deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus. Quis non intelligat, quia quem admodum secundam serui formam vera fuit caro nostra in Christo, ita & in Dei forma vera sit diuinitas Patris in Filio? Et iterum: Videte ne quis vos seducat per philosophiam & inane fallaciam, secundum traditionem hominum, secundum elementa huius mundi, & non secundum Christum, quia in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Si ergo omni plenitudo diuinitatis inhabitat in Christo, iam non ex parte similia & ex parte dissimilia, sicut nunc afferunt, qui propter contentionem suam libidine rerror sum auerentes, semetipsos à nobis auerunt.

Antiocheno sub Constantio) apud Theopetium theotrem cum Gregorio Nazianzen. (vt tradit San. Hieronymus) fuerat Cæsareæ euditus; cuiusq; postea factus vrbis Episcopus, plurimo labore corruptam bibliothecam Origenis & Pamphili in membranis inflaturate conatus est; sed quod Arianus esset, sub Theodosio Principe pulsus est, qui suffectus fuit Galatius, de quo inferius. Hæc ex Hieronymo d.

Hoc eodem anno, iisdemque Coss. Gratiano & Dagalaipho, natus est filius Valentiniano Imperatori, quem suo quoque nomine Valentinianum nominauit. hæc Socrates d. Genitus hic fuit ex Iustina Ariana femina, de qua plura inferius dicturi sumus. Licet igitur Valentinianus ipse Augustus omnium sententia Catholicus habeatur; tamen tum vxoris, tum fratris perfidia infamatur; eam præsertim nullus reperitur ab eo adhibitus esse conatus, vel studium, quibus eodem ad meliorem frugem reuocare fategerit; & quod grauius existimatur, grassantem Valentem fratrem in Orthodoxos in Imperio illi subiecto minime cohibuerit; quin & in Occidente Auxentiū Ariatum, & ab Ariano Episcopum Mediolanensem electum, licet Catholicis Episcopis & inter alios Hilario Episcopo Pictauiensi vehementer reclamantibus, nunquam sede expellendum curauerit, sed in ea vice ad obitum suum permansit. Hæc, inquam, eidem Valentiniano notam inuallere non leuem. At de Auxentio suo loco dicendum.

XXVIII.

XXIX.

VALENTIN. VALENTIS NOTATA.

XXX.

ACACII EPISC. CÆS. PAL. OR. TVL.

Hier. de scrip. Eccl. in Acac. h. Hiero. ep. ad mior. & Alex. 712. c. Eonap. in Vita Iulio. 173.

IESV CHRISTI Annus 367.

LIBERII PAP. VALENTINIANI IMP. 4. VALENTIS ANNUS 16.

CHRISTI annus trecentisimus sexagesimus septimus Consulatu Flauii Lupicini atque Flauii Iouini adscriptu Fastis, sicut ab Ammiano s. Socrate g. atque aliis notatus habetur. Huius Flauii Iouini esse creditur epitaphium Flauie Iouine filie, quod sic se habet b.



FL. IOVINA, QVÆ. VIXIT. ANNIS. TRIBVS. D. XXXII. DEPOS. NEOPITA. IN. PACE. XI. KAL. OCTOB.

Quo etiam anno Romæ post Lampadium Viuentius gessit præfecturam Vibanam, id eodem Ammiano atque etiam re scriptis Imperatorum testamentibus; nam sub iisdem consulis ad eundem Viuentium exant data re scripta; vt illud de relaxandis vincis die Pascharis, his verbis d. Imp. Valentinianus, Valens, & Grat. AAA ad Viuentium P. V. Ob dico Pascha, quem intimo corde celebramus, omnibus, qui reatu astringit, carcer in cludit, claustra dissoluimus. Attamen sacrilegus, in mansuetam reus, in mortuos veneficus, sine maleficio, adulter, raptor, homicida, communiomone istius inueneri separantur. Dat. III. Non. Maij. Rom. Lupicino & Iouino Coss. sed & illud, quo prohibetur detinuerit damari ad Iudam.

Idem k. AAA. ad Viuentium P. V. Neminem de numinis nostri sacrario prodeueneri arena suscipiat, lanassa doceat, seu a meditatio & pugnatu exerceat; nulla siquidem possunt esse supplicia, quibus culpa pleatur. Dat. V. Id. April. Lupicino & Iouino Coss.

Cum igitur ex his re scriptis liquido demonstratur, præfecturam Vibanam Viuentii contigisse sub Consulatu Lupicini atque Iouini; ex his pariter deducitur exploratum tempus obitus Liberii.

Hier. in Euzois, & in Gelasio, de Scrip. Eccl. XXXI. VALENTINIANI IVNIORIS NATALIS. c. Socra. lib. 4. c. 9.

I. f. Ammian. lib. 27. c. Socra. lib. 4. c. 10. h. Roma a pul. Jul. Pa. qual. nus.

PRÆFECTURA VIVENTII. Ill. de in. du. C. Theod.

l. 11. de. p. uic. C. Theod.